

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2801

Autre(s) référence(s) : Round 754

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Robert de Torigni, Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1175...

Lieu d'émission : Valognes

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation par le roi Henri II d'un accord conclu entre l'abbé Robert et Guillaume du Hommet.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Chronique de Robert de Torigni, abbé du Mont-Saint-Michel : suivie de divers opuscules historiques de cet auteur et de plusieurs religieux de la même abbaye*, le tout publié d'après les manuscrits originaux, Rouen, Le Brument, 1872-1873, 2 vol., t. 2, « Lettres, chartes et pièces diverses de l'administration de Robert de Torigni », n° XXXVII, p. 307-308.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCCCXC, t. 2, p. 41-42.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationery Office, 1899, n° 754.

Dissertation critique

Datation proposée par L. Delisle.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis tocius Normannie, salutem. Sciatis contentionem que inter abbatem et monachos Montis Sancti Michaelis et Guillelmum de Humeto super elemosina de Fucherevilla vertebatur, coram me, de assensu utriusque partis, amicabiliter terminatam. Abbas Montis Sancti Michaelis et monachi recognoverunt elemosinam de Fucherevilla de donatione dominorum de Haia, tamquam liberam et quietam elemosinam, descendisse. Guillelmus autem de Humeto et filius ejus, qui honorem habebat de Haia, concesserunt ut abbas et monachi abbacie Montis Beati Michaelis eam tenerent [in] liberam elemosinam et quietam ab omnibus exactionibus, salvis orationibus ecclesie

Montis Sancti Michaelis, que fient pro eis tanquam pro dominis. Si piscatores de alio feudo quam de feudo abbatis predicti et monachorum in portu manerii illius cum piscibus applicuerint, piscem non vendent, priusquam servientes abbatis et monachorum et Guillelmi du Humeto vel heredum de Haia ex eo quantum voluerint emerint. Postquam vero mare accesserit semel et recesserit, poterunt quibus voluerint vendere, ita quod si forisfactum aliquod de hoc emerserit, ad abbatem et monachos pertinebit inde justiciam facere. Homines autem de feudo Sancti Michaelis huic consuetudini non subjacebunt de piscibus quos ipsimet prendiderint, sed libertatem habebunt vendendi eos quibus voluerint et quando voluerint. Quare volo et firmiter precipio quod hec conventio inter eos facta rata sit et inconcusse teneatur, sicut hec mea carta testatur. Testibus Roberto comite de Mellento, Ricardo de Hummetis constabulario, Guillelmo de Curci dapifero, Gilleberto Maleth dapifero, Mauricio de Croun, Roberto Marmiun, Bertrammo de Verdum, Johanne de Suligneio, Widone de Sancto Walerico. Apud Valonias.